Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 667
Quelle:
Copyright:

Libros n. II. indicatos, et obvia cum T. X. *col.* 745. tum inter *Augustinianas* T. II. *n.* CCXVI.

V. *fol.* 35. *Quidam sermo beati augustini in quo invenitur ipsum fuisse verum heremitam et patrem Ordinis fratrum heremitarum et fundatorem eorum.* Et: *Sermo augustini de communi vita.* Adde *Clericorum.* Secundus hic Titulus genuinus est, prior ille frivola detorsio. Sermo nobis incipit: *Rogavi vos hesterno die* &c. in edit. vero T. V. *col.* 1379. *Propter quod volui et rogavi* &c.

VI. *fol.* 37. p. 2. praemisso *Retractat.* L. II. c. 6. Loco sequuntur S. *Augustini Confessionum Libri* XIII. quorum I. incipit: *Magnus es Domine et laudabilis valde* &c. et postremus finit: *sic inuenietur, sic aperietur.* Ut T. I. Opp. *col.* 69.

VII. *fol.* 130. p. 2. *Augustinus de Diuinacione Demonum.* Ut T. VI. *col.* 505. Init: *Quodam die in diebus festis* &c.

VIII. *fol.* 134. *Sermo sancti augustini de sermone domini in monte habito. Incipit liber primus augustini de sermone domini in monte.* Ita: *Sermonem quem locutus est dominus noster* &c. Sequitur et Liber II. prout *Opp.* T. III. *col.* 165.

IX. *fol.* 167. p. 2. *Augustinus ad Paulinam de videndo deum.* Inter *Epistolas* relata est Dissertatio haec epistolaris T. II. *n.* CXLVII. quae infit: *Memor debiti, quod ex tua petitione* &c.

X. *fol.* 179. *Incipit Liber augustini ad simplicianum mediolanensem episcopum de libris regum.* Initium est: *Satis iam de apostolo me ad proposita respondisse existimo.* &c. Unde vides, Librum hunc *secundum* esse de duobus, qui *Opp.* T. VI. *col.* 81. *de diversis Quaestionibus* inscribuntur.

XI. *fol.* 185. p. 2. *Incipit liber augustini ad dulcicium de octo questionibus.* Liber hic, ut in *Codice*, ita et in Editis *col.* 121. praecedentem sequitur. Ejus initium est: *Quantum mihi uidetur fili dilectissime* &c.

XII. *fol.* 192. p. 2. *Incipit de predestinacione disputatio yponosticon.* In paginarum rubricis deinceps *Augustino* tribuitur; sed primum ejus non est, ut docet in *Append.* T. X. *col.* 1. praevia *Admonitio*, istud Υπομνηστικον; dein Codex non nisi *Sextum* et ultimum ejus *Librum* exhibet, et quidem mutato paullum ingressu: *Addere etiam hoc quam maxime huic operi oportet* &c. ubi Edita: *Licet latius de gratia et libero arbitrio jam superius disputatum sit: tamen addere etiam non nihil quam maxime huic operi oportet* &c. Quo loco τὸ *non nihil* et *quam maxime* non satis mihi congruere videntur.

XIII. *fol.* 196. ἀνεπιγραφως Epistola *Augustini* ad *Publicolam*, quae T. II. *Opp.* legitur *n.* XLVII. et incipit: *Estus animi tui posteaquam didici literis tuis* &c.

XIV. *fol.* 198. *Incipit augustinus de visitacione infirmorum.* Ita: *Visitationis gracia nepoti meo karissimo morienti* &c. In *Libros* II. tributum incerti Autoris Opusculum extat in *Append. Opp.* T. VI. *col.*